



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderen J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Oblationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

ductionem; *c. tua nobis. 26. eod. iis, quibus debentur; non aliis. c. 4. nullus. 16. qu. 2.*

Sunt, regulariter, decima pars fructuum: Nisi alia sit consuetudo; quæ attendenda. *c. 1. eod. c. quoniam. fin. 16. qu. 1. Clem. si beneficiorum. 2. in princ. eod.*

Si decimæ non solvantur, actio competit confessoria, ad eas petendas; imo detrectans excommunicationis sententiã ad solutionem potest compelli. *c. pervenit. 5. eod.*

De primitiis.

TIT. XXXIX.

Primitiæ, sunt primæ fructuum obventiones, Domino offerendæ, *ut cautum Exod. 22. antequam usibus nostris secundæ deputentur. c. causa Carpensis. 13. de verb. signif.*

Parocho, seu Sacerdoti proprio, *c. 21. doctos. c. 23. moderamine. 16. qu. 1. aut Clericis qui pro offerentibus preces fundunt. c. Ecclesias. §. item cum. 13. qu. 1. d. can. doctos. d. can. moderamine. debentur; licet Deo offerantur. can. 65. revertimini. 16. qu. 1.*

Earum nomine ad summum datur pars quadragesima; ad minimum sexagesima: inter has duas portiones plus aut minus datur, quantum requirit consuetudo, vel quantum libet ei qui solvit. *c. 1. de decim. primit. & oblat. Gloss. ad can. Ecclesias. ad verb. & primitias. 13. qu. 1.*

Sunt primitiæ in dispositione Episcopi. *c. 6. præter hoc. §. deinde. vers. & ut ipsa. dist. 31.*

Debent inter Diaconos & Clericos alios dividi. *Apost. can. omnium. 37. c. manifesta. 39.*

De oblationibus.

TIT. XL.

Oblatio, est voluntaria & spontanea præstatio, quam Christiani Sacerdotibus pro peccatis suis ad altare offerunt. *c. 13. quia Sacerdotes. 10. qu. 1.*

Qui non debent oblationes accipere : fratrum diffidentium ; *c. oblationes. 2. c. neque. 3. dist. 90.* eorum qui pauperes opprimunt ; *d. c. oblationes. & c. eorum. 7. dist. 90.* qui liberos exheredarunt ; *c. ult. in princ. 17. qu. 4. excommunicatorum, c. 11. si aliquis. 26. qu. 6. c. Sacerdos. 6. §. pœnitentes. 26. qu. 7. sacrilegorum. c. 17. de viro. 12. qu. 2. invitos ab Ecclesia, ad quam confugerunt, extrahentium, c. 8. miror. 17. qu. 4. raptorum, c. super eo. 2. de raptor. usurariorum, c. quia in omnibus. 3. de usur. meretricum. Gl. in c. oblationes. 2. dist. 90. Gl. ad princ. 14. qu. 5.*

Nec accipere debent oblationes ex rebus turpiter quaesitis. *c. 2. immolans. c. 11. scriptum. 14. qu. 5.*

Modus offerendi, non in certa quantitate consistit, *c. 28. odi. 24. qu. 1.* sed in bona sinceraque offerentis voluntate, *d. c. 28. odi.* in fide Christiana, & caritate. *c. odit Deus. 62. & c. seq. illi offerunt. 1. qu. 1.*

Quod semel Deo oblatum, non revocandum, nec retinendum est. *c. 3. sunt qui opes. cum c. seq. 17. qu. 4.*

Oblata ad dispositionem Episcopi pertinent, sine cujus consensu ab aliis non debent usurpari. *c. 57. in canonibus. c. 59. quia juxta. §. cum ergo. 16. qu. 1.*

Derebus Ecclesie temporalibus, & quando, & quibus solennitatibus alienari possunt.

T I T. XLI.

HActenus de rebus Spiritualibus : consequenter agendum de rebus Ecclesie temporalibus.

Circa quas, an, quomodo, & quibus modis alienari possint, considerabimus.

Res Ecclesie regulariter alienari nequeunt ; sive Prælati, sive Capitulum, sive quidam ex Capitulo, sive Prælatorum auctoritate, eas distrahant ; in tantum ut alienantes, nisi res restituantur, excommunicationis sententiam incurrant. *c. si quis. 6. de reb. Eccles. alien.*

Ex